

609

igitur expiarunt victimæ Leviticae, & sanctificarunt, ut Apostolus
loquitur ad emundationem carnis. Erant autem typi Christi, cuius
unius sanguine verè emundamur à peccatis.

54. 4. Petra erat Christus, i. Cor. 10. v. 4. hoc est, typus
Christi. R². 1. Propositio illa non loquitur de ordinario sacramento:
hactenus igitur aliena est. 2. Augustinus & qui ipsum sequuntur ex
Neotericis interpretatur secundum communē naturam typorū, quo-
rum est proprium significare, sicut & in parabolis fieri solet. Et sic alię
metaphoram statuunt, alii enallagen in verbo Est. Autor ille ma-
vult metonymiam: quam certum est in copula stare non posse, ut su-
prā ostendimus. 3. D. Paulus loquitur non de Petra corporali, quæ im-
mobilis perstitit in deserto, sed de Petra concomitante (ἀνθεδό-
τη) Israelitas, & hanc vocat verè Christum. Sic hunc locum interpre-
tantur pii veteres, D. Athanasius in Epistola ad Sesapionem, p. 359.
edit. Commell. & de incarnatione Christi, pag. 474. Et D. Ambro-
sius in comment. & Origenes homilia 5. super Exod. Hieronymus in
commentario, & Chrysostomus homil. 22. i. Cor. 10. & Theophyla-
ctus, & Erasmus in annotationibus. Et non dixit Paulus, Bibebant
Petram, sed de Petra concomitante Hebreos, quæ causa erat efficiens
istius aquæ & omnium bonorum.

55. 5. Baptismus est lavacrum regenerationis. R².
Nullus hic est Tropus, sed descriptio est Baptismi ex vero suo fine,
fructu & effectu, ut docuimus in disputatione de Baptismo, thes. 156.
& seqq.

56. 6. Calix est N. Testamentum. R². Elenchus
divisionis. Integra enim Christi propositio retinenda est: quam ex-
posuimus disput. 1. de Cœna, thes. 89. sine ulla metonymia Sacra-
mentaria.

57. 7. Panis quem frangimus est renewatio corporis
Christi. R². Verissime, sine ulla metonymia. Consistit enim illa
communicatio in distribuendo & accipiendo, atq^z manducando, ut

C 2 expo-